

loca faciāt ad delectationē vel penā aīab se-
paratis. Et ad hoc ita rīdet Ricar. vbi. s. q.
receptacula corporalia aīarum ī aliquo auget
delectationē earū vel afflictionē. Celū enī em-
pirreū q̄uis in nullo auget aīarum beatāz
delectationē essentialē ī aliquo tñ auget de-
lectationē accidentalē ī q̄stū ille aīe locū il-
lum plus q̄ alia diligūt: pñtia autē rei dilecte
aliquā causat delectationē. Rō autē quare il-
lum locū pre ceteris diligūt triplex est. Una
quia sciūt locū illū sibi esse deputatū a deo
quē summe diligunt. Alia quia ī illo ppter
excessum nobilitatis sue nature sup alia cor-
pora expressius q̄ ī alijs locis refulgeretā:
q̄ ī effectu diuinā bonitatē cōspiciunt. Ter-
cia qz illius loci sublimitas luminositas et
immobilitas suā spiritualē sublimitatē z lu-
minositatē et quietis ppetuitatē exp̄sius q̄
qualitates aliorū locorū rēpresentant. Unusq̄
q̄ aut ceteris paribus plus diligit illud qd
est magis rēpresentatiuū sue nobilitatis. Re-
ceptacula etiā damnatorū ī aliq̄ auget eorū
afflictionē qz locū illū odiunt triplici de cau-
sa. Prima qz sciunt ip̄m sibi fore deputatū a
diuina iusticia quā odiūt. Alia qz illius loci
vilis est obligatōis sue ad penā ppetuā re-
memoratiua seu rēpresentatiua. Tercia qz est
cōtentiū ignis illius q̄ affligunt. Ex hoc
Tho. i. pte. q. lxiij. dicit qz locus nō est pena
lis angelo aut aīe quasi afficiēs alterando na-
turā: sed q̄ si afficiens voluntatē cōtristando
dū angelus vel aīa apprehendit se esse ī loco
nō cōuenienti. Receptaculū autē ī q̄ purgan-
tur aīe ī aliquo auget earū afflictionē nō qz
ip̄m odiāt volūtate deliberatiua cū sint ī cha-
ritate et sciant illū sibi esse assignatū ad tps
a diuina iusticia quā diligūt ad earū purga-
tionē. Sed qz ip̄m naturali motu volūtatis
refugiūt sub rōne qua suā obligationē ad pe-
nam q̄uis temperancā rēpresentant et sub rō-
ne qua ignē cōtinet q̄ affligunt. Quartū
dubiū principale fuit vtrū aīe separate exeāt
aliquē de locis ad q̄ transferunt. Et quidā di-
cunt qz non. ex eo qz Job. viij. scribitur. Qui
descendit ad inferos non ascendit. Insuper
Aug. li. de cura p mortuis agenda ait. Si
ī rebus viuētiū interessent aīe mortuorū
me pia mater nulla nocte desereret q̄ me ter-
ra maris secuta est vt mecū viueret. Si ergo
exirēt aliquē de receptaculis suis aliquē inter-
essent rebus viuētiū. Alij p̄trariū pbant ex
eo qz vt scribit Barth. xviij. ca. ī transfigu-
ratione saluatoris nostri moyses apparuit cū
belia. Ob qd Aug. li. p̄tracto ait. Ad viuos
aliq̄s mitti ex mortuis. Pro hac ambigui-

tate remouenda rīdet Ricar. qz aliquē aīas
exire de receptaculis suis dupliciter p̄t intel-
ligi. Vel p diuinā potentia: vel p naturā p-
pria. Primo mō de inferno et de celo exeunt
aliquē aīe nō ī ppetuū sed ad tps nec de le-
ge cōi sed ex aliq̄ speciali cā. Sic etiā de pur-
gatorio aliq̄ exeunt ad modicū tps añ exple-
tionē pene sue post cui⁹ expletionē illuc am-
plius nō reuertunt. In iudicio autē oēs aīe
tā existentes ī celo q̄ ī inferno exhibūt fm
cōem legē diuine iusticie ad eadē itēz loca cū
suis corporibz reuersure et ī eis ī ppetuū
pmanere. Per naturāz vero p̄pria dixerunt
quidā nō posse aīas de suis receptaculis exi-
re affirmātes qz aīa hūana nullo mō est mo-
bilis fm locū nec p se nec p accidēs. Et si po-
natur alicubi p substantiā suā nūq̄ mouebit
de vbi ad vbi. Sed articulus iste excōicatus
est a dño Stephano ep̄o parisiēsi. Ideo fm
Ricar. dicendū est qz de suis receptaculis exi-
re possent aīe q̄ vellent nisi phiberent a supe-
riori virtute. Sed de lege cōi exire phibent
ille q̄ sunt ī purgatorio ante expletā penitē-
tiam. et ille q̄ sunt ī inferno ante iudiciū. Il-
le vero q̄ sunt ī celo exire nolūt vsq̄ ad tps
resurrectōis resumptōis. s. corporū suorū. nī-
si aliquē videāt placere deo ex aliq̄ speciali cā.
Un videt aliquibz qz oēs descenderūt de ces-
lo ī obitu beate virginis marie ppter ei⁹ re-
uerentiā: et cū ea iterū ascenderūt ī celū. Ab
Augustino ergo dicūt aīe nō posse interesse
rebus viuorū p̄pria naturā: qz earū virt⁹ nō
p̄t p̄trarie superiori virtuti qua prohibent.
Ideo p hec dicta soluitur oēs pplexitates.
Si igit nō habem⁹ hic ciuitatē manentē. si
tā felix iocundaq̄ bñfacientibz habitatio di-
sp̄sita est. Si regnū celoz pacifice possiden-
dū nobis p̄mittit p̄temnam⁹ infima hec at-
q̄ terrena. Et queram⁹ q̄ sursum sunt vt sic
puenire possim⁹ ad regiōnē illā opulentissi-
mā beatorū ī qua de⁹ benedictus viuit et re-
gnat ī secula seculorū. Amen.

**Sermo vigesimusquartus de p̄ceptōe bea-
te marie virginis de q̄ varie sunt opinioniones
doctorū: licet festū ab ecclesia celebret.**

Andū erāt abyf
si et ego iam cōcepta erā. Sapien-
tis verba sunt ista originaliter Pro-
uerbioz. viij. ca. et ī ep̄stola hodiernē festi-
uitatis. Ob singularē et p̄cipuā reuerentiāz
quā totus mund⁹ ad virginē gloriōsissimā
gerit festū p̄ceptōis ei⁹ annuatim p ferrariū
orbē solēniter celebrat. Sunt enī tot innu-

mera amplissimaque beneficia meritis et inter-
cessione illius piissime matris a deo pre ipsius-
que filio et spiritu sancto nobis exhibita ut meri-
to ad eam colendam laudandam honorandamque o-
mnibus viribus obligemur. Ipsa nos protegit ab
hoste maligno. Ipsa iratum deum propter excessus
nos mortaliu iniquitates sepissime placat. Ipsa
nomen eius inuocantibus subsidia liberalissime
prestat. Et non est que se abscondat a calore charita-
tis et benivolentie sue. Quia propter ut hodierna
die conceptionis illius dignitas agnoscat de
ipsa in primo sermone quedam pulchra dicemus:
audientes auribus cordis virginem benedictam
dicentem verba in themate posita. Nondum
erant abyssus et ego iam concepta eram. In quibus
triplicem virginis conceptionem distinguemus.

Prima de diuinalis.

Secunda supernalis.

Tercia maternalis.

Quia deus ab eterno concepit virginem in sua
mente omnibus puris creaturis preferendam.

Capitulum. i.

Prima virginis illibate conceptio de di-
uinalis. quoniam scilicet ab eterno deus concepit illam
in sua mente. Ad quod intelligendum scire debe-
mus quod proprium cordis deus conceptio. vnde cum quis
deliberat aliquid facere dicere solet ita concep-
tatio. Sic deus antequam aliquid crearet in sua volun-
tate firma et incommutabili posuit creare vnam
puellam virginem sanctissimam que esset filij sui vni-
geniti futura mater: spiritus sancti camera: por-
ta paradisi: ac celi regina. Sed hoc loco que-
rendum est vtrum beata virgo fuit producta ante
omnem creaturam. Nam de ipsa ecclesia dicit illud
Actuum. xxliij. ca. Ab initio et ante secula creata
sum. Et iterum in epistola huius solennitatis indu-
citur virgo dicens illud. puer. viij. ca. Dominus
possedit me ab initio viarum suarum antequam quicquam
faceret a principio. Ab eterno ordinata sum
et ex antiquis antequam terra fieret. Nec dum erant
abyssi et ego iam concepta eram. Nec dum fon-
tes aquarum eruperant. nec dum montes graui
mole constituerant. Ante omnes colles ego partu-
riebam. Que verba ita sonare videntur quod ipsa pro-
ducta fuerit ante productionem quarumcumque re-
rum. Et si diceretur quod ipsa loquitur quantum ad esse
quod habuit in mente diuina non in proprio gene-
re: neque sicerimus de veritate declarati cum
secundum doctrinam domini Bonauenture in. i. di. i.
Dicitur que nunc sunt queque fuerunt a deo producta
et producentur usque in finem fuerunt ab eterno in
deum secundum causatiua potentiam et secundum similitudi-
nis presentiam que tamen habent ex tempore actualement
existentiam. Elementa itaque et corpora celestia
angeli et homines et cuncta que sunt fuerunt in mente

diuina antequam essent. ergo non magis hoc com-
petit virgini dignissime quam reliquis creaturis.
Et si dicimus quod virgo fuit in proprio esse
vel genere ante omnem creaturam tunc irridere
nos possent fidei et religionis nostre aduer-
sari: cum beata virgo nata fuerit ex Ioaachim
et anna sexta etate mundi: que iesum peperit ea-
dem etate et ab urbe condita anno septingente-
simo quinquagesimo secundo. Ideo in hac pre-
inducimus sententiam Augustini. xij. li. con-
fess. vbi ait. quod aliquid dicitur prius altero quat-
tuor modis. Primo eternitate sic deus prece-
dit omnem creaturam. Secundo origine sicut sonus
prece-
dit cantum. Tercio tempore sic flos prece-
dit fructum. Quarto electione vel dignitate. sic aliquis
peligit fructum magis quam florem. Virgo igitur
fuit prior omni creatura excepta natura creata
sui dilectissimi filij electione siue dignitate. Si-
cut a simili dicit de christo Iohannes baptista
Io. i. ca. Ipse est qui post me venturus est qui
ante me factus est secundum diuinitatem: de christo dici-
mus genitum non factum: secundum humanitatem vero
dum christum concepit virgo Iohannes in vtero
matris agebat sextum mensem. Quare Grego-
rius in Omelia. exponit ante me factus est. id est. mihi pla-
tus in dignitate. Et si obijceretur. quod angeli
sunt prestantiores et digniores hominibus cum
sint intellectuales substantie quod virgo sanctis-
sima angelicam sublimitatem excedere potest. Ad
hoc respondere possumus ex dictis domini Bo-
nauenture. in. i. di. xliij. in questione vtrum deus po-
tuit virginem facere meliorem. Quia beata virgo
potest considerari tripliciter. Primo quantum ad statum
naturalis conditionis: et sic fuit paulominus
ab angelis minorata. Angelus enim secundum suam
essentialem naturam potior est virgine. Secun-
do quantum ad gratiam conceptionis que data est ei
ut conciperet christum essetque verissima eius mater.
Et quantum ad hoc transcendit dignitatem omnium
creaturarum: omnium hominum: omniumque angelorum. Nam
in illo vno consensu cum dixit. Ecce ancilla
domini: plus meruit consentiendo in conceptionem
christi quam omnes creature siue angeli siue homines in
omnibus suis actibus motibus et cogitationibus.
Et quidem omnes quicunque meruerunt nihil plus
potuerunt mereri nisi secundum diuersos status glo-
riam felicitatis eterne. Hec autem virgo illo
glorioso consensu meruit primatum orbis: dominum
vniuersi: extinctionem hominis et omnium gratiarum
donorum et virtutum plenitudinem sceptrum regni
super omnes creaturas: secunditatem in virginita-
te. et maternitatem vniigeniti filij dei. et ut ado-
retur in regno celorum adoratione dulie digno-
ris. Tercio potest considerari beata virgo quantum
ad excellentiam glorificationis. quod ut ecclesia

cantat. **E**xaltata est sancta dei genitrix sup
choros angelorū ad celestia regna. **I**pa nāq;
fuit illud indiuiduū singulare qd et si nō in
natura in gratia tñ et gloria oīb; angelis est
prelatū. **D**ignitas autē grē et multo plus di-
gnitas glorie incōparabiliter transcēdit di-
gnitatē nature. **N**ā z hoc seruaf adhuc in de
monib; in qbus dona nature manēt integra
et splendidissima cū tñ ipi vilissimi et turpis-
simi abiectissimi ppter culpā habeant: magni-
ficata ergo fuit a deo tam pclare virgo illa de-
licatissima vt pter filiū ei⁹ nulla creatura pos-
sit exequari. **F**emina sup oīa et ab oīb; be-
nedicta: p̄electū z dignissimū vasculū fabri-
catū a primo artifice: erariū diuinorū charis-
simū. **E**legit te deus et p̄legit vt in taberna-
culo tuo deus et hō nouē mensib; habitaret.
Audeo dicere q ppter virginē in mēte diui-
na cōceptā p multa annoz milia anteq; na-
scerē humanū genus fuit p̄seruatū in esse.
Cōstat enī q p̄ prima transgressionē **A**dā
et eua nō solū mortis sed annihilationis ex-
terminiū meruerūt. **E**t diuina vltio q acce-
ptionē psonarū ignorat: sicut nec culpā an-
gelicā sic nec humanā dimisisset impunem.
Sed ppter precipuā reuerentiā quā ad virgi-
nem habebat qz eā ab eterno sup oēs creatu-
ras nō vniendas deo q creande erant dilexit
p̄seruari sunt p̄hoplasti nec in nihilū reda-
cti. **R**ō est qz hec puella erat i lūbis ade f̄m
rationē seminalē: et potētia pducende puelle
erat impressa in primis parētibus donec in
actū educerē. **D**e ea autem debebat nasci ie-
sus qui in adā erat solū scōm corpulentaz
substantiā de virgine educend⁹ et de nulla
alia. **I**ndulsi ergo deus primis parentibus
nec eos annihilauit: qz sic nō fuisset nata bea-
ta virgo et p̄sequens nec iesus siue de⁹ car-
nem humanā vestisset. **E**rgo p istā nobilem
creaturā saluauit de⁹ primos parētes de pri-
ma trāsgressionē: et **N**oe de diluuiō. et **A**bra-
am de cederegū: **I**saac de ismaele: **J**acob de
esau. **P**opulū indaīcum de egypto: de manu
pharaonis: de mari rubro: de ptāte diuersorū
regū tyrannorū: de **N**abuchodonosor z capti-
uitate babilonica: **D**auīd de leone: de **S**olia
et de **S**aul. **E**t breuiter oēs indulgētiās et
liberationes factas in veteri testamēto nō du-
bito deū fecisse nisi p hui⁹ amore puelle z re-
uerētiā quā deus ab eterno p̄ordinauit suis
cunctis opibus p̄ponendā.

Quod angeli a principio cognouerūt xpm de
virgine nasciturum.

Capitulū. ij.

Secunda p̄ceptio virginis: admirande
dī supnalīs. **C**ōceperūt quidē illā ange-

li dñ a p̄ncipio sue beatitudinis cognouerūt
xpm incarnandū z ex p̄sequēti de virgine na-
sciturū. **A**d qd plene intelligendū dicit san-
ctus tho. i. pte. q. lviij. q. i angel est duplex co-
gnitio. **U**na naturalis f̄m quā cognoscunt
res tñ p̄ existentiā suā tñ p̄ species innatas et
hac cognitione mysteria grē cognoscere non
pnt qz ex pura dei voluntate dependent. **S**i
enī vnus angelus nō p̄t cognoscere cogita-
tiones alteri⁹ ex voluntate ei⁹ dependentes
multo min⁹ p̄t cognoscere ea q ex sola dei vo-
luntate dependēt. **E**st autē alia angelorū co-
gnitio q eos beatos facit qua vidēt verbū et
res in verbo: et hac quidē visione cognoscūt
mysteria gratiez quidē oīa nec equaliter oēs
sed f̄m q deus eis voluerit reuelare: ita tñ q
superiores angeli p̄spicius diuinā sapien-
tiā cōtemplantes plura mysteria et altiora in
ipā dei visione cognoscūt q inferiorib; mani-
festant eos illuminando. **E**t horū etiā myste-
riorū: quedā a principio sue creatōis cognos-
uerūt: quedā vero postmodū f̄m q eorū offi-
cijs cōgruit. **Q**uare et mysteriū incarnatōis
in generali sumptū oībus reuelatū est a p̄nci-
pio sue beatitudinis. **C**uius rō est. qz hoc est
quoddā generale principiū ad qd oīa eorū of-
cia ordinant. **D**ēs enī sunt administratorij
spiritus in ministeriū missi ppter eos qui be-
reditatē capiunt salutis. vt dicit ad **H**ebre.
ca. ij. qd quidē sit p̄ incarnatōis mysteriū.
Un oportuit de hoc mysterio oēs a p̄ncipio
cōmuniter edoceri. de hoc sic dicit **A**ug⁹. li.
v. sup **B**enef. ad lram. **S**ic fuit incarnatio-
nis mysteriū absconditū a seculis in deo vt
tñ innotesceret p̄ncipib; et potestatib; in cele-
stibus. **L**oquēdo tñ de sacramento incarna-
tionis q̄tū ad speciales p̄ditiones. **S**ic non
oēs angeli a p̄ncipio de oīb; sunt edocti: im-
mo quidā etiā superiores angeli postmodū di-
dicerūt. vt refert **D**ionisi⁹. vij. ca. de celesti ie-
rarchia. **U**n **P**aulus ad **E**p̄hes. iij. ca. dice-
bat. **M**ibi autē oīm sanctorū. i. ap̄lorū mini-
mo data est grā hec in gentib; euāgelizare in-
uestigabiles d̄initias xpi et illuminare oēs q
sūt disp̄satio sacramēti. s. redemptōis p xpm
facte q disp̄sabilis est gentib; sicut et iudeis
f̄m glo. **R**ico. de lira. absconditū a seculis in
deo q oīa creauit vt innotescat principibus z
potestatib; in celestibus p ecclesiā multifor-
mis sapiētiā dei f̄m p̄finitionē seculorū
quā fecit in xpo iesu dño nostro. hec ibi. **H**oc
loco dicit **R**ico. de lira q angeli sancti nō co-
gnouerūt ad plenū mysteriū xpi incarnati ex-
tendendū et dilectionez vsq; ad vocationem
gentiū: donec predicatorib; ap̄lis fuit imple-

nam. Quia ante habuerūt tñ simplicē noti-
ciam q̄ p̄t dici abstractiua inq̄tū est rei non
p̄ntis. Sed qñ fuit impletū habuerūt noti-
ciā experimentale siue intuitiua. Sic astro-
logus p̄ motū celi certitudinaliter p̄gnos-
cit qñ videt eā actu existentē. Alij vero di-
cunt q̄ angelis innotuit mysteriū xp̄i de vo-
catiōe gentiū simpliciter et oī mō p̄ ecclesiā. i.
p̄ predicationē ap̄loz qd̄ tñ q̄tū ad hoc an-
tea nullo mō cognouerāt. Quicqd̄ sit nega-
re nō possum? q̄ a p̄ncipio sue beatitudinis
v̄t est p̄dictū reuelatiōz habuerūt de xp̄o de
virgine nascituro. Puto nāq̄ q̄ post illā so-
lennissimā victoriā quā habuerūt de lucife-
ro et sequacibz suis dñ plenā beatitudinē ob-
tinuissent. Quia angeloz ruentiū sedes erāt
vacue benigne rex celozum excelsus de⁹ suo
mō oibz dixerit. *O astra matutina. O mee
creature nobilissime. Gaudetez exultate qm̄
ex hoibz saluadis iuxta vniūscuiusq̄ meri-
ta v̄ri ordines pficient et implebunt ruine.*
Ad id vero exequendū dñ venerit plenitu-
do t̄pis. Sponsam accipit puellā vnā virgi-
nē et plenā grā i cui⁹ vtero spū sancto coope-
rante incarnabit fili⁹ meus vniūgenitus et di-
lectus. Sonuit hec vox cū ingenti leticia in
mentibz angeloz q̄ p̄ multa annoz milia vir-
ginē p̄ssimā prestolātes miro illā colebant
affectu: nec angelis tñ innotuit virgo dei fi-
liū in suo vtero gestatura. S; insup multis
patribz patriarchis atq̄ p̄phetis q̄bus incar-
natiōis mysteriū fuit diuinitus reueratū.

Quod beata virgo absq̄ infamia culpā origi-
nale cōtraxit a qua fm̄ opinionē aliquozū
preservata fuit.

Capitulū. iij.

Tercia p̄ceptio virginis sacratissime dē
maternal: qñ cōcepit eā m̄ sua. Et qm̄
p̄ceptionis officiū publice fit in ecclesia. Sci-
re pleriq̄ cupiūt: vtrū beatā p̄go fuit cū pctō
originali cōcepta. Et vt clare oīa denudent
tria sunt in hac pte notanda. Primū q̄ cōce-
ptio p̄t dupliciter sumi. Vno mō p̄ p̄mixtiō-
ne seminum in copula viri et mulieris. Alio
mō p̄ animationē q̄ fit dñ aīa simul creat et
infundit a deo in corpe iā formato. Secun-
dū notandū q̄ peccatū originale duobz mo-
dis habet. s. formaliter et radicaliter. Accipie
do p̄ceptionē primo mō: virgo nō habuit or-
iginale formaliter. q̄ originale formaliter ē
in aīa et solū cuiuslibet peccati est aīa subie-
ctū vt declarat *Francisc⁹ de marone* in suo
iij. *Petrus de candia* et sanct⁹ *tho. iij. pte. q.*
xxvii. Sicut enī virtus est q̄litas spūalis ita

et viciū. Tercū notandū q̄ radicaliter et in
causa peccatū originale ē in carne. Vñ doc.
theologi dicūt q̄ peccatū originale est infes-
ctio quedā in aīa p̄tracta ex ei⁹ vnione ad ear-
nē cōcupiscibiliter seminatā. vt enī ait *Fran-
ciscus de marone* in suis sermonibz. Sicut
corpus qd̄ induit sordido vestimēto inqu-
natur ab eo. sic spūs rōnalis qñ induit cor-
pore infecto p̄ cōcupiscentiā genito dē macula-
ri. Et sicut in veteri testamēto fuit lex posita
Leuitici. xiiij. ca. q̄ quicunq̄ intraret domū
leprosam efficeret immund⁹. ita aīa ex eo q̄
intrat corp⁹ q̄si domū leprosz efficit immū-
da. Et vt inq̄t *Petr⁹ de candia.* Cōtrahere
originale cōpetit hoibz p̄pter demeritū pri-
mi parētis et diuinū decretum liberare obli-
gans filios. Ade ad penā dāni p̄ criminetas-
li. Nec sufficit solū demeritū primi parentis
ad hoc q̄ cōcupiscibiliter ab eo descendēs cō-
trahat peccatū originale sed requirit diuinū
decretū. Sanctissima ergo virgo licet ex ho-
nestissimis parētibz carnē p̄traxerit. tñ caro il-
la fuit cōcupiscibiliter p̄pagata. Nec admittē-
da est illi vulgi falsa snia q̄. s. virgo p̄cepta
fuerit spū sancto cooperante sine virili semine
et absq̄ viri et mulieris copula. Peretia est
et p̄ncipiosissima opinio ista licet apparēter vi-
deat ad virginis laudē accedere. S; nō eget
de⁹ mēdacio n̄ro. Et vt refert *Aug⁹.* in li. de
mendacio. Mendaciū maxime p̄ncipiosum ē
qd̄ fit in his q̄ ad xp̄ianam religionē p̄inēt.
Et iterū idē *Aug⁹.* p̄tractans illud apli. i. ad
Corinth. xv. ca. Inuenimur falsi testes ait.
Perhorrendū est aliquid false de deo dicere
etiā si ad laudē eius videat p̄tinere nō enī mi-
nori sed maiori fortasse scelere in deo laudat
falsitas quā vituperet veritas. Sic damna-
biliter cum falsitate virginē laudant qui eā
de spiritu sancto cōceptam temere predicant.
Vidi et ego in plerisq̄ locis depictas imagi-
nes *Joachim* et *anne* sese osculo obuiantū
inferiusq̄ rubricā sic cōtinentē. Qualiter *an-
na* accepto osculo a suo viro *Joachim* con-
cepit in vtero virginē *mariam*. Deliramēta
sunt ista q̄ et virgini summe displicent: quā-
re et de peccato originali formaliter sumpto
restat veritas differenda. An. s. dum aīa cor-
pori suo fuit vnita originale maculā contra-
xit. Et circa hoc diuersimode doctores lo-
quantur. Ex quo duplex est huiusmodi rei
famosa opinio. Prima eorum qui dicūt vir-
ginem originale habuisse a quo statim p̄ san-
ctificationē fuit mandata. Secūda opinio
modernoz qui asserūt virginē a peccato ori-
ginali preservatā. Prima opinio habet tria

scz firmitatē: rationū cōgruitatē: et impeccā-
bilitatē. Primo habet firmitatē qm̄ multi
sancti deuotissimi clarissimiq; doctores illā
docuerūt. Et quibus aliquos explicabim⁹
Inscripti nāq; oēs expresse fatent virgi-
nem in originali cōceptam.

Anselmus in libro **E**t deus homo.

Beda in omelia sup **D**issus est.

Lassiodorus.

Hugo in libro de sacramentis.

Alanus in expositione simboli athanasij.

Builelmus altisiodorensis.

Builelmus cancellarius parisiensis.

Henricus de gandauo in quolibet.

Builelm⁹ durandi in rōnali diuinorū offi.

Et de ordine fratū predicatorū.

Sanctus Thomas de aquino.

Hugo cardinalis in expositiōe luce.

Albertus magnus.

Petrus de tarantasio q̄ fuit Inno. quint⁹.

Jacobus de voragine.

Durandus postea ep̄s mēdensis.

Derucus generalis ordinis.

Petrus de palude.

Jacobus de lausana ep̄s lausanensis.

Hugo de argentina.

Nicolaus treueth.

Robertus holcoth.

Martinus qui fecit cronicas.

Vincentius qui fecit specula.

De ordine minorū.

Aluarius hispanus.

Johannes de rupella.

Robertus conton.

Alexander de ales.

Bonauentura.

Ricardus de media villa.

Reginaldus archiep̄s rothomagensis.

Johannes Rigaldi.

Nicolaus de lira.

Beltrandus de turri cardinalis.

Bartholomeus de pisis.

Biraldus oddonis in libro de figuris.]

De ordine heremitarum.

Egidius de roma.

Gregorius de arimino.

Bernardus oliueri.

Johannes theotonicus

Jordanus theotonicus.

Johannes steriagacij.

De ordine carmelitarum.

Guido ep̄s maioricensis.

Paulus de perusio.

De collegio canonistarum.

Johannes theotonic⁹ glosator decreti in. c.
pnunciandū. de con. di. iij.

Bartholomeus brixensis. et Raymundus
in titulo de ferijs.

Builelm⁹ durandi in speculo iudiciali.

Johannes andree in. c. cōquestus. de ferijs.

Guido archidiacon⁹ in. c. firmissime. de cō-
se. di. iij.

Bernardus insuper virginis amator precis-
puus in epistola ad canonicos lugdonēses
reprehendit celebrantes festū conceptionis.

De quo quidā aiūt et forte fictē. q̄ post mor-
tem visus est cuidam suo discipulo in veste
fulgenti in qua erat macula quedā cui indi-
cauit hoc significare maculam eius: quia tes-
nuerat virginē in peccato originali cōceptā.

Sanctus vero Tho. et Bonauentura di-
cunt q̄ per festum cōceptionis de virgine ce-
lebratum nō datur intelligi q̄ in sua conces-
sione fuerit sancta aut q̄ fuerit sine origina-
li. Sed quia quo tempore sanctificata fue-
rit ignoratur. celebrat festum sanctificatiōis
eius potius q̄ cōceptionis in die cōceptio-
nis ipsius.

Secundo opinio ista habet ra-
tionum congruitatē. Adducunt aut̄ plures
cōgruentes rationes quibus ostendit q̄ vir-
go originale cōtraxit. Et prima est quia soli
christo filio dei ac ipsius virginis benedice
cōuenit immunitas ab omni peccato. qd̄ p-
batur auctoritate sanctorum. Inquit enim

Grego. li. xij. moralium. Nullus sine peccato
est nisi ille q̄ in hunc mundū nō venit ex pec-
cato. Et viro. in euangelio filij pdigi. So-
lus deus est in quem peccatū cadere nō pōt.

Et Aug⁹. in expositione psalmi. xxx. Chri-
stus omnes peccatores inuenit: sol⁹ sine pec-
cato venit. Et idem in li. de nuptijs et cōcu-
piscencia. Omnes sub peccato nascimur et
per vnū solum qui sine peccato natus est li-
beramur. Et idem in Encheridion. Per me-
diatorem qui solus sine peccato natus est re-
conciliari nos oportebat. Et hanc sententiā
idem Augustinus refert libro. i. et. q. contra

Julianum. Et li. iij. de baptismo paruulo:
rum. Et in li. de fide ad petrū. Et in li. de pfe-
ctione iusticie. Et in epistola ad optatū epis-
copum. Et in epistola ad Valeriū. Et qui-
bus apparet q̄ cum de solo christo doctores
affirment q̄ fuerit sine peccato et virgo mun-
da fuit ab omni culpa mortali et veniali igit̄
dabitur sibi culpa originalis. Secunda ra-
tio ad hoc insinuandū est quia xps fuit vni-
uersalis redemptor: ergo redemit virginē. sz
si nullū habuisset peccatū nō fuisset redēpta.

ergo aut ipsa habuit originale: aut xps nō fu-
it vniuersalis redemptor. **H**inc Leo papa
in sermone de natiuitate ait. Dñs noster ies-
us xps mortis peccatigz destructor sic nul-
lum a reatu liberū repperit ita liberādis oibz
venit. Et **H**iero. in **D**mel. sup **M**atth. inqt
Morandū in genealogia saluatoris nullam
sanctarū assumi mulierū sz eas q̄s scriptura
reprehēdit vt q̄ peccatoribz venerat de pecca-
tricibus nascens oīm peccata deleat. Et ad
Ro. iij. ca. apls dicit. Oēs enī peccauerūt et
egent gloria dei. Et. v. ca. **P**ervnū hoīem in
hunc mundū peccatū intrauit et p peccatum
mors et ita in oēs hoīes mors ptransiuit in
q̄ oēs peccauerunt. Tercia rō quare videt q̄
virgo originali culpe subiācūt ē q̄ de neces-
sitate penas illi culpe debitas incurrit. **N**ā z
penalitates cōtraxit z mortē euitare nō potu-
it z si aū xpm decessisset nō intrasset celū q̄s
q̄s fuisset p xpm ianua apta sed cū patribz
iūisset ad limbū. **T**ercio ista opinio habet
impeccabilitatē. **N**ō equidē rei sunt habenz
di nec blasphemī censendī qui de virgine sic
loquunt cū peccatū originale culpa sit cōtra-
cta nō acta p cui⁹ deletōne ac remissione xpo
filio suo oēs ingentes debem⁹ gr̄as. **S**ec-
cunda opinio que magis innitit pietati est il-
lorum qui asserūt virgine ab oī labe culpe o-
riginalis immunē a qua pseruata fuit. Et vt
inquit **Franciscus** in sermonibz suis. non
obstante tali pseruatione mater dñi dici pōt
fuisse peccato obnoxia. Quia quādocūqz ali-
quis defectus puenit alicui ex sua natura p̄t
ei attribui q̄stumcūqz ille defectus ei auferat
vt cū dicit. Oēs declinauerūt simul inuiles
facti sunt. et tñ hoc de facto nūqz fuit verū. qz
semp aliqui inuenni sunt boni. Sed hoc dīz
quia q̄stum est ex se ita esset nisi essent diuina
gratia pseruati. Itē dīz in ps. Omnis homo
mēdat. ergo arguit **Aug⁹** martyres fuerūt
mendaces. Ideo dicendū q̄ martyres fuerūt
mendaces q̄stū erat de se nisi spū diuino illu-
strati fuissent veraces. **I**nsup **Job. iij. c.** scri-
bitur. Ecce qui seruiūt ei nō sunt stabiles et
in angelis suis repperit prauitatē. quozū p̄-
mū ad beatos angelos scdm ad malos refert
vt exponit **Grego.** in moralibz. et tñ boni an-
geli nō sunt instabiles cū sint i gr̄a pfirmati.
vt p̄z in. ij. sententiarū. dicit ergo istud q̄ q̄-
tum est ex se sunt instabiles nisi essent gratia
cōfirmati. Sic et beata virgo q̄stū erat de se
ex cōditione nature erat apta nata cōtrahere
peccatū originale. sed illud nō p̄traxit ex pri-
uilegio speciali. Ad qd suadendū inducunt
infra scripterōnes.

Prima dīz cōtrariorū solutio.

Secūda possibilis pseruatio.

Tercia virginis exceptuatio.

Quarta puritatis cōparatio.

Quinta honoris exhibitiō.

Sexta gratie cōpletio.

Septima diuina reuelatio.

Prima rō dīz p̄trariorū solutio. **N**ā rōnes
inducte pro prima opinione solui facile p̄t.
Aū dīz q̄ esse absqz peccato cōuenit soli xpo
ergo nō virgini. **R**ūdet q̄ xpo cōuenit p na-
turā virgini nō p naturā sz p gratiā. Et ad il-
lud qd adducebat q̄ xps fuit vniuersalis re-
demptor ergo redemit virgine ergo ab origi-
nali. **D**icit q̄ redemit eā ab originali p̄fer-
uando. Si q̄s vero quereretur quō xps potu-
it virgine redimere p̄seruando q̄ nondū erat
incarnatus cū aīa p̄ ginis corpori suo vnita
fuit. **R**ūdere possum⁹ q̄ beneficia incarnā-
tionis xpi cōmunicata sunt nō solū p̄ntibus
et futuris sed etiāz p̄teritis. **N**ā ip̄e caput est
oīm electorū et patrū et patriarcharū et p̄p̄e-
tarum veteris testamēti vt docet **Alex. in. iij.**
summe. qui anteqz xpus incarnaret ex eo q̄
ip̄m fide incarnandū cognoscebāt atqz cre-
debant diligebātqz iesum meruerūt fieri mē-
bra eius qui licz nondū esset homo in re erat
tñ homo et deus incarnandus in spe. cuius
gratia mltā illi⁹ beneficia fuerūt p̄stita. Sic
et in p̄posito cū deus p̄elegisset virgine fusi-
li futurā matrē merito ip̄ius filij incarnan-
di a cōtagione culpe originalis voluit p̄ser-
uare. **A**d terciā vero rationē qua dicebat q̄
virgo de necessitate incurrit penas originali
debitas. **R**ūdemus q̄ penas illas incurrit
de necessitate nature que q̄stū in se erat corū-
pere habebat psonā virginis nisi fuisset ab
originali pseruata. Et sicut circūcisio vel ba-
ptismus penalitates cōpariunt. **N**ā illi q̄bz
p circūcisionē originalis culpa remittebat
et illi q̄bz p baptismū nūc dimittit a penali-
tatibus nō liberant. Et sancti patres q̄ sine
aliq̄ peccato decedeāt trahēbant ad limbū
Ita licet beatissima virgo p̄seruationē hāc
habuisset. nihilomin⁹ penalitatibz et morti
iuste obligata fuit. **N**ā vt vtat verbis sancti
tho. iij. p̄te. q. xxvij. arti. i. i. respōsione ad ter-
ciū ar. Beata p̄go sanctificata fuit z nos ad-
dimus pseruata a peccato originali q̄stū ad
maculā psonalē nō tñ fuit liberata a reatu q̄
totū natura tenebat obnoxia. **S**ecūda rō q̄
pbat virgis immunitas ab originali culpa
dīz possibilis pseruatio. **P**otuit nāqz de illā
sic pseruare. et si potuit debuit. cum p̄elegisset
eam suā immaculatā z dilectissimā sponsam

Quare Franciscus de marone in suo. iij. sic
scribit. Quāto aliqđ agēs est pfecti⁹ tanto ci
tius p̄t suū effectū inducere in passum. deus
autē est agēs pfectissimū. S; agēs naturale ef
fectū suū inducit in primo instanti sicut p̄t
q; generatio lucis a sole fit i instanti. Insup
qñ aliqua potētia p̄t in duas operatōes op
positas si in primo instanti p̄t in illā ad quā
minus inclinā multo fortius in illā ad quā
magis inclinā. Sed potētia volitua p̄t in
dilectionē et odiū. et deus maxime inclinā
ad diligendū. Sed in primo instanti ponit
virginē odire. S; multo fortius potuit ip̄am
diligere. et hoc p̄seruando ne inficeret origi
nali culpa. Adhuc legislator qđ p̄t legē cōdes
re p̄t in legē dispēsare et illā destruere. S; de
creto diuino p̄pter actualē culpā primorū pa
rentū factū est vt oēs ab eo p̄cupiscibiliter de
scendētes nascerēt filij ire. ergo eodē decreto
potuit cū virgine dispēsari vt p̄ nullo instā
si fuerit filia ire. Sicut enī potuit de⁹ si ori
ginale cōtraxit in prima sanctificatiōe illam
mundare ita eque potuit simul et semel eam
sanctificādo p̄seruare. S; reuera nō dubiū
qđ multa possit facere deus et multo plura qđ
intellectus intelligere. nihilomin⁹ nō nisi ex
pietate et singulari deuotiōe cogimur accepta
re sic fecisse deū sicut facere potuit et virgine
ade filiā a peccato p̄seruasse. Tercia rō ad
ostendendā virginis mundiciā ab origina
li culpa d; exceptio. Sicut enī excipit a
generalitate mulierū q̄tū ad p̄ceptū et p̄tum
q; vt scribit **Gen. iij. c.** Et dictū fuit eue. In
doloze paries filios qđ et ad oēs alias mulie
res spectare cognoscim⁹. p̄go tñ cōcepit sine
rubore et pepit sine dolore. Ita etiā excludit
a generalitate mulierū et viroz q̄tū ad nequi
ciā peccati. **Uñ Aug⁹.** in li. de correptione et
grā inq̄t. Tū de peccatis agis nullā de matre
dū volo facere questionē qđ excepta si oēs san
cti et sancte interrogarent si peccatū haberēt
qđ aliud dicerēt nisi qđ **Iohānes ait.** Si di
xerimus qđ peccatū nō habemus ip̄i nos se
ducimus et veritas in nobis nō est. Et q; d; qđ
oēs peccauerūt. Rñdē qđ duplex est vni
uersalitas. Vna pollitica. alia logica. In v
niuersali logica vna p̄ticulari interimit vni
uersalē. Vniuersali autē pollitice nō p̄tradi
cūt ab ip̄a distrahētes vnā vel plures p̄ticu
lares vt dicēdo oēs de ista ciuitate sunt sani.
oēs currunt ad spectacula. tñ aliq; sunt infir
mi aliq; in domo. Et sic **math. iij. d;.** Exibat
ad **Iohāne** hierosolimā et oīs iudea et oīs
regio circa iordanē. Quarta rō faciēs ad
cōfirmandā opinionē istā d; puritatis cōpa

ratio. Debuit quidē virginis puritas super
cedere puritatē quarūcūq; aliarū creaturarū
et angeloz et hoīm. **Uñ Ansel. li. de p̄ceptis.**
virginali inq̄t. Decuit vt illi⁹ hoīs p̄ceptio
de matre purissima fieret qđ ea puritate nite
ret qua sub deo maior nequit intelligi cui de
us pater vnicū filiū suū sibi equalem de
corde suo genitū ita dare disposuit vt esset
vnus idēq; dei et virginis filius. **Sanctus**
tho. in. i. sniaz. di. xliij. arti. iij. in rñsione ad
ij. ar. dicit. Puritas intendit p̄ recessum a cō
trario. In reb; autē creatis nil purius eo qđ
est sine p̄tagione peccati q̄lis fuit puritas be
ate virginis qđ a p̄cto originali et actuali im
munis fuit. Si ergo beata p̄go peccatū ori
ginale cōtraxisset tñ puritas ei⁹ nō excessis
set puritatē aliorū. Nā angelus creat⁹ fuit si
ne aliq; labe peccati. Sic et aīa primi hoīs et
mulieris. Quinta rō p̄ hac opinione dicit
honoris exhibitio. Debet vñq; filius hono
rare matrē q̄tū p̄t. qm vt inquit **Hiero.** parē
tibus nemo p̄t reddere qđ tenet. S; xps po
tuit honorare matrē illā p̄seruando ab origi
nali culpa. igit debuit ita facere. Sexta rō
d; grē cōpletio. Fuit equidē in virgine tanta
grē plenitudo q̄tam capere potuit aliq; pu
ra creatura Ideo angelus eā dixit plenā grā
Luc. i. c. Et **Hiero.** in sermone ad **Paulā et**
Eustochiū inq̄t. Ceteris p̄ partes prestatur
Marie vero totā se refudit gratie plenitudo
Quare p̄ nullo instanti defecit illi gratia. qđ
tñ non fuisset si ad modicū originalis culpa
habuisset in aīa eius. Itē vt inq̄t **Francisc⁹**
Ipa fuit virgo virginu. Si cōtraxisset ori
ginale virginitas eius fuisset diminuta. Nā
virginitas angelozum que spiritalis est de
qua **Hiero.** dicit. Semp est angelis cognā
ta virginitas. est maior virginitate corporali.
Et ideo si fuisset virginitas aīe marie p̄ ori
ginale corrupta non esset par cū virginitate
angelica. Septima rō d; diuina reuelatio
Depit nāq; celebrari festū p̄ceptōis virginis
marie reuelatiōe dei. Nā vt scribit **Anselm⁹**
cantuariensis dū quidaz venerabilis abbas
remensis cenobij **helsin⁹** noīe missus fuisset
a **Guilhelmo** anglozū rege in daciā dū
peractis que sibi commissā fuerant ad angli
am redire cuperet ingressus ē mare vbi post
qđ per spaciū p̄spere nauiganit vt solet esse.
tempestas valida cepit nauigātes terrere. Fa
tigatis igitur nautis nec vltra valentib; se
innare remis fractis funibus ruptis cadē
tibus velis spes salutis amittitur. et nihil
sibi nisi submersionis iudiciū expectatur
Tūq; essent de corpoz salute desperati curā

solummodo animarum creatori suo magnis clamoribus commendaret et beatam genitricem dei mariam matrem miserorum in suum auxilium inuocaret: cōspiciunt quendam venerandam habitudinis virum pontificali insula decoratum stantem primum nauti. Qui aduocans ad se abbatem helsinū his verbis alloqui cepit. **U**is piculum maris euadere? **U**is in patriam tuam sanus redire? **A**uq; cū fletu id solum desiderare dixisset. **T**ūc ille ait. **S**cias me a dñā nrā dei genitrice ad te missum ut si meis dictis obtemperare uolueris salu? cū comitantibus ad portum deuenies. **S**pondit ille se facturū oīa. **T**ui vir ille. pmitte mihi q; diē pceptionis matris xpī solē niter celebrabis et celebrandū p̄dicabis. **A**t helsinus. **E**t q; inquit diē festū istud erit mihi celebrandū. **S**exto autē ydus decembris vterisq; officio natiuitatis excepto q; nomē natiuitatis mutabis in nomē cōceptionis. his dictis ille disparuit. **E**t sedata tempestate abbas cum reliq; applicuit ad littus. **E**t q; viderat qbus potuit notificauit. **S**tatuīq; in remensi cenobio ipm festū celebrari. **S**ic paulatim exēscere cepit deuotio christiano rū ad pceptionē virginis excolendā que tū tpibus istis vt apparet vbiq; terrarū ab oīb; pconizat. **D**ēs clerici oēs religiosi de concepta virgine festiue officiū dicūt. **A**t **S**ixt? quartus pontifex maxim? p suas lras ad ppetuā rei memoriā statuī vt p totā octauam hui? cōceptionis officiū p̄tendat. cōcedens eandē indulgentiā oībus q; misse et horis canonici adesse curauerint q; cōcedit p festo et octaua corporis xpī. **A**lanū iam est q; hec opinio secūda indies roborat et pficit et magis videt fore cōsona pietati. **E**t fm sniam **P**roftien. aliorūq; doctorū. **Q**uā sunt diuersa iura et opiniones nō cōtra deū nec q; bonos mores. humanior snia est pferenda ceteris paribus. extra de transac. c. fi. vbi glo. sup verbo. humaniorē. **P**ropterea inq; esse debem? ad absolueūdū q; ad p̄demnandū. vt in. c. ex lictis. de pba. et. ff. de accusa. et obli. l. arria nus. **N**ecq; tū vt ex dictis colligi p̄t festū cōceptionis referē ad transfusionē seminis de q; fuit formatū corpus virginis q; dicitur prima cōceptio hoīs. q; licet fuerit sine peccato parentum virginis fuit tū cū feditate et deordinatōne nature vt refert dñs **B**eltrand? cardinalis in expositōe eplē serte ferie q̄tuor temporū de aduētū. **S**ed festū illud ordinat ad secundā cōceptionē fm quā virgo fuit cōcepta et in esse naturali humano et in esse spiritali gratioso. i. in animatiōe illius benedicti corporis q; fuit diu post primā cōceptionē

forſan octogefimo die. **N**am dicit q; corpus masculi animat quadragesima die. **F**emine vero octogefimo. **E**t hoc mō si fuit de peccato originali p̄ſeruata. de ista pceptione scōmō sumpta facimus ad virginis laudem festum referētes gratias oīpotenti deo q; aduocatā nostrā tanto priuilegio decorauit. **S**i autē peccatū originale p̄traxit a quo tū p sanctificationē mundata anteq; nata tunc festū sub noīe pceptionis ad ipam sanctificationē referē. **E**t vero iam finē dicendi faciam? conemur virginē affectione singularissima et reuerentia qua possumus psequi vt sic mereamur ipa interueniente sui filij gratiā acquirere et gloriā celestem tandem letanter ingredi. **A**men.

Sermo vigesimus quintus de sancta nobili et digna natiuitate virginis gloriose.

Predietur virga de radice iesse et flos de radice eius ascendet. **E**t sicut prophete verba sunt ista ca. xi. **D**ū recolit memoria natiuitatis virginis gloriose debet hūana mens in magnā leticiā p̄silire. **N**am ecclesia legit sermonē sancti **A**ugustini sic dicētis. **A**d nobis dilectissimi optatus dies beate ac venerabilis semp virginis marie. **I**deo cū summa exultatione gaudeat terra nostra tāte virginis illustrata natali. **H**ec enī est flos campi de qua ortū est p̄ciosum lilium cōuallū per cuius partum natura mutat. p̄thoplasia quo delect et culpa. **E**t in antiphona dicit. **C**ū iocunditate natiuitatē beate marie celebrem? vt ipa p nobis intercedat ad dñm iesum christum. **P**ropterea vt ad natiuitatis huius p̄conia extollēda excitēmur in hoc sermone de ipa nascente virgine verba faciemus q; designatur noīe virge ab **E**saia p̄pheta in verbis assumptis pro thēmate. **P**redixit quippe **E**saia virginem ex p̄genie dauid oriundā designatam nomine virge que fuit rectissima sine aliqua curuatione ad mania bona et transitoria mundi. fuit etiam plenissima: quia in ea fuit omne folium sanctorū sermonum et omnes fructus sanctarū operationū et omnis flos sanctarum virtutū. **Q**uinimmo ex ipsa prodijt flos florum et fructus fructū benedictus iesus filius eius et dei. **E**t q; hec p̄phetia sit dicta de christo patet per translationē chaldaicā q; in hoc loco sic habet. **E**t erget rex de filiis ysaī et messias de filiis filiorum eius. **I**git de ipa nascente virgine tria mysteria cōtemplemur.